

1624 ottobre 22, Verola Alghise.

Visita del delegato vescovile Giorgio Serina (vescovo Marino Giorgi). Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali, reg. 18, cc. 26r-28v.

Ediz.: inedito.

(trascr.: T. Casanova, 06.2008)

[c. 26r] Visitatio Ecclesiarum existentium in oppido Virolæ
Algisij peracta est undecimo Calendas Nouembris Anno
M.D.C.XXIIIJ.¹

Numerus Ecclesiarum

Extant in prædicto Oppido Ecclesiæ sex.

Prima est Ecclesia *Parochialis* sub titulo *sancti* Laurentij, quæ est Collegiata et consecrata; cuius dies consecrationis agitur die xiiij Ianuarij in hacque existunt Altaria septem.

Primum Altare maius.

A' parte dextra, *primum* Altare est Conceptionis *Beatæ Mariæ Virginis*, quod est Altare præilegiatum pro Mortuis, quod est sub cura *Illustrissimorum* Heredum *Illustrissimi* Comitum Rainucij de Gambarà.

2.^{dum} Altare *sancti* Iacobi, cuius Cura spectat ad *admodum* Reuerendum Præpositum.

3.^{um} Altare *sancti* Nicolai quod est altare societatis Corporis Christi.

4.^{tum} est Altare *Beatæ Mariæ Virginis* de uiticella nuncupatum, cuius Altaris || [c. 26v] cura contentiosa est inter *admodum* Reuerendum Præpositum, et Confratres societatis Corporis Christi.

A parte sinistra, *primum* Altare est *sancti* Stephani, quod est sub Cura *Illustrissimi* Comitum Annibalis de Gambarà.

2.^{dum} Altare *Sanctissimi* Rosarij.

Secunda Ecclesia est *sanctæ* Crucis, in qua extat oratorium *Disciplinatorum*

3.^{ia} est *sancti* Rochi, in qua pariter existit oratorium *Disciplinatorum*.

4.^{ta} Ecclesia est *sancti* Georgij, quæ est oratorium *Campestre*.²

Quinta Ecclesia est *sancti* Donini, quæ pariter est *Oratorium* *Campestre*.

Sexta est Ecclesia {*Sanctę. Annę*}³ *Bretæ*.

Sacerdotes, et Clerici existentes in prædicto oppido

Primus est *admodum* Reuerendus Præpositus.

Post ipsum extant sex Canonici, quorum singuli gaudent propria præbenda absque ullo titulo, carentque distributionibus quotidianis, et,⁴ ut affertur, celebrandi onus nullum habent, nisi *Missæ* conuentuales.

Primus Canonicus Reuerendus Hieronimus ongarinus.

2.^{dus} Reuerendus Leoninus de Leoninis.

3.^{us} Reuerendus Petrus Antonius Cremona.

4.^{tus} Reuerendus Franciscus Peia.

5.^{tus} Reuerendus Petrus Ioannes de Consilijs de Parma.

6.^{tus} Reuerendus Ioannes Iacobus de Pizzonis.

¹ 22 ottobre 1624.

² Corretto da: «Campestri» (?).

³ Scritto forse posteriormente dalla stessa mano, in uno spazio lasciato libero.

⁴ Questa virgola è scritta in senso inverso, come una mezza parentesi aperta.

- 7.^{mus} *Reuerendus Franciscus Sander Vicarius admodum Reuerendi Prepositi.*
 8.^{us} *Reuerendus Daniel dafnius á Brixia Curatus, et capellanus mercenarius sancti Iacobi.* ||
 [c. 27r]
 9.^{us} *Andreas Zilettus Capellanus mercenarius societatis Corporis Christi.*
 x.^{us} *Camillus Manera Capellanus mercenarius societatis Sanctissimi Rosarij.*
 xi.^{us} *Ioannes Paulus de Michaelis Capellanus mercenarius sancti Stephani.*
 xij.^{us} *Ioannes Paulus Moneta capellanus mercenarius sanctæ Mariæ de Viticella.*
 xiiij.^{us} *Vincentius bornatus capellanus mercenarius:*
 xiiij.^{us} *Bernardinus de sachettis capellanus mercenarius oratorij sancti Rochi.*
 xv.^{us} *Bartholomæus de spalencijs capellanus mercenarius oratorij Sanctissimæ Crucis.*
 xvi. *Guererius Sala Diaconus.*
 xvij. *Antonius Vngarinus subdiaconus.*

Grauamina Titularis eo exponente descripta.

Primo tenetur ad supplectilem Altaris maioris, et Altaris *sancti Iacobi*, et ad paramenta sacerdotalia pro se, et Curato, et pro missis conuentualibus.

- 2.^{do} ad Candelas exhibendas in die *Purificationis*.
 3.^o ad manutenendum Vicarium.
 4.^{to} ad manutenendum Curatum.
 5.^{to} ad manutenendum organistam.
 6.^o ad manutenendum sacristam.
 7.^o pro decimis duplicatis soluit libras *quinque centum*, et *quadraginta sex*.
 8.^o pro fabrica Cathedralis libras *quiquaginta* et *soldos duodecim*.
 9.^o pro tansis libras *quadraginta quinque planet*.
 x. pro conductione aquarum libras *octuaginta duo planet*.
 xi. ad consuetam tritici introductionem in Urbem {tenetur}⁵
 xii. soluit pensionem annuam scutorum mille de Libris⁶ septem paruis pro quolibet.

Ad hæc grauamina uix sufficiunt libræ *quinque mille*, et *quinque centum planet*
 Redditus autem attingunt summam librarum *sex mille*, et *quinque centum*. || [c. 27v]

Decreta edenda

Decretum uisitationis Apostolicæ, nec non et *Illustrissimi ac Reuerendissimi* Episcopi nouæ Ecclesiæ construendæ sub pœna interdicti adhuc *superest*, exequutioni mandandum.

Vasculi pro oleis Baptisterij decentiores conficiendi.

Bursa pro oleo infirmorum conficienda.

Sacrarium Baptisterij ad formam instructionum redigendum.

Vtraque pixis maior, et minor inauranda.

Tabernaculi ostiolum aptandum, ut facilius pixis maior possit in ipso reponi.

Bredella cum duplici gradu pro Angelis, et candelabris reponendis in Altari maiori construenda.

Pallium ex corio, indecens nimis amouendum {aliudque conficiendum}⁷

Calix sacristiæ cum patena inaurandus.

Fenestra sacristiæ uitro munienda

Confessionalium craticulæ uelo tegendæ

Distributiones quotidianæ ex comuni contributione formandæ, cum experientia doceat pen-
 sum horarum *canonicarum* non rite⁷ persolui ubi desiderantur.

Organum instaurandum

⁵ Aggiunto posteriormente da altra mano.

⁶ La «L» iniziale corretta da «b».

⁷ Aggiunto posteriormente da altra mano.

Pro Altari conceptionis *Beatae Mariae Virginis*.

Hoc Altare indiget palijs omnium colorum, tobaleis superioribus, et inferioribus, et tabella secretorum.

Pro Altari *sancti Iacobi*.

Tabella secretorum decentior comparanda.
Tobaleę superiores, et inferiores conficiendæ
Altare clathris ferreis sepiendum. || [c. 28r]

Pro Altari⁸ *sancti Nicolai* quod est *Sanctissimi Corporis Christi*.

Calix cum patena inaurandus.

Pro Altari *sanctæ Mariæ de Viticella*.

Calix cum patena inaurandus.

Pro Altari *sancti Stephani*.

Bredella conficienda.
Tabula Altare operiendum, in qua Altare portatile inseratur, et parumper emineat.

Pro Altari *Sanctissimi Rosarij*.

Calix cum patena inaurandus.

Pro Ecclesia *Sanctissimæ Crucis Disciplinatorum*.

Administration rationes á Confratribus reddendæ interuentu admodum Reuerendi Præpositi.
Fenestra sacristiæ uitro munienda.
Armarioli pro calicibus⁹ reponendis conficiendi, et collocandi super armarium maius.
Confessionale ex eadem Ecclesia amouendum, aut impetranda facultas ad ipsum ibi retinendum.

Pro Ecclesia *sancti Rochi Disciplinatorum*.

Bredella Altaris maioris restringenda.
Calix cum patena inaurandus. || [c. 28v]
Bredella pro candelabris super Altare conficienda.
Armarium in sacristia pro paramentis construendum, una cum oratorio, et lauatorio.
Planetæ omnium colorum conficiendæ.
Confessionale amouendum, aut eiusdem retinendi facultas impetranda.

Pro Ecclesia Bretæ sub titulo *sanctæ Annæ*

In prædicta Ecclesia duo extant Altaria.
Primum Altare maius, quod est societatis Corporis Christi.
2.^{dum} Altare societatis *Sanctissimi Rosarij*.
In eadem Ecclesia extat unus tantum Sacerdos curam exercens mercede accepta á Vicinia, quæ desiderat in hac expensa subleuari ab admodum Reuerendo Præposito Virolæ, iuxta tenorem cuiusdam decreti Visitationis Apostolicæ, quod tamen nobis ostensum non fuit.

Decreta edenda

Baptisterium pingendum.
Sacrarium construendum.
Mensa lignea in Altari maiori reponenda:

⁸ Corretto da: «Altare».

⁹ Corretto da: «calilibus».

Duæ tobaleæ superiores, et duę inferiores conficiendæ, una cum Umbrella unius hastæ pro præferendo *Sanctissimo Sacramento*.

Pro Altari *Sanctissimi Rosarij*

Altare cancellis ligneis, uel ferreis sepiendum

Prouidendum de planeta uiridi, et uiolacea, et de duobus Corporalibus. ||